

612 IN HISTORIAM ECCLESIASTICAM

facile retrorqueri. Dum enim ex Ministrorum suorum placitis, & Calvini doctrina sibi fingunt scelerata flagitiique omnia Confessione soli Deo facta expiari, peccata omnia, quantumvis horrenda pro ludo ac joco habent; quorum scilicet paracum ac praesens, & quidem longè facilius piaculum, quam sit Confessio Sacerdoti facta, habere se putant.

Respondeo secundo, Catholicos persuasum non habere quod sola Confessione apud Sacerdotem facta eorum peccata expiuntur: sed Pénitentia Sacramento, cuius altera tantum pars est Confessio ipsa, quæ sine Contritione, & Satisfactionis per opera bona & penitentia proposito, peccatum non expungit. Hæc Ecclesiæ Catholicæ doctrina est, S. Augustini testimonia confirmata, quod ex sacro suggesto Concionatores nostri, ex Pénitentia Tribunali Confessari idem inculcant, ex Sermonе 57. de Tempore defunctum: *Parum est peccatorum pénitire, nisi pénitentiam peregerit. Ad emendanda enim criminis vox pénitentis sola non sufficit: nam in satisfactione ingentium peccatorum, non verba tantum, sed opera queruntur.* Et Sancti Gregorii Magni, seu alterius antiqui Patris, lib. 6. in cap. 15. 1. Regum, quod passim urgemos: *In fructu ergo, non in foliis, aut ramis pénitentia cognoscenda est. Quasi arbor quippe bona voluntas est. Confessionis ergo verba quid sunt aliud nisi folia? Non ergo nobis folia propter se ipsa, sed propter fructum experienta sunt: quia idcirco omnis Confessio peccatorum recipitur, ut fructus pénitentia subsequatur. Unte & Dominus arborem foliis decoram, fructu sterile maledixit, quia Confessionis ornatum non recipit sine fructu afflictionis.* Ex quibus constat. Co. I. confessionem solam ad expianda peccata non sufficiere.

Ad quantum respondeo, Falsum esse quod assertit Dallius, Confessarios plerisque omnes solam Attritionem exigere, quæ levitatem ac evanido de peccatis dolore constet, qualis vel in homines improbissimos cedit, non autem ulla vera vitii emendatione. Eam enim Attritionem requiriunt universi Communioneis nostræ Thologi, quæ Voluntatem peccandi excludat cum spe venia, quæ sit veri nominis Contritio, quamvis imperfecta; id est, quæ non solam cessationem à peccato, & vita nova propositum & inchoationem, sed veteris etiam odium contineat; juxta illud: *PROJICITE à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus pravaricati estis; & facite vobis cor novum, & spiritum novum.* Concilii Tridentini verba sunt. Imò Thologi Doctissimi, nec pauci, Attritionem illam, etiam Sacramento conjunctam, non sufficere ad expugnanda peccata docent, nisi ex amore benevolentie erga Deum, saltem inchoato procedat. Unde Attritionem aliter intellectum, quatenus scilicet ex solo prenarrum i'fernī timore, omni gradu charitatis exclusa, concepta est, sufficere cum Sacramento, certum & indubitatum non esse ait. Et simpliciter assertant Confessionem esse partem Sacramenti Pénitentia. Ita Melchior Gano 5. parte Relectionis de Pénitentia, & Tapperus in expositione Articleli IV. Lovaniensis de Contritione. Qui cum Tridentino Concilio interfuerint, eorum hac in questione testimonium maximi faciendum est. Eadem sententia suffragantur quatuor illustres Thologi Societatis Jesu, Suares Quæst. xc. in Tertiam Partem, Att. iv. Disp. xv. Sect. iv. Num. xvii. dicens: *Licet sit opinio probabilis, attritionem cognitam cum Sacramento sufficere ad justificationem, tamen non est certa, & potest esse falsa. Ergo qui sciens & videns ista se mori permittit, voluntarie exponit se periculo aeterno damnationis.*

Comitulus lib. I. Responsorum Moralium, Quæ-

stionē XXXII. Num. vii. & viii. Huc addē, inquit, quod plures magnique Thologi in pénitente, antequam absolvatur, contritionem veram charitate formatam requirunt. Neque usque adeo certum est, attritionem pénitentis esse fatus. Quocirca Sacerdotis partes precipue esse debent, vera contritionis motus in corde pénitentis auxiliante Deo elicere, ardente que cum cohortatione urgere, ut propter Deum peccata admis̄a execrare omnia, velique impotestrum cuncta vitare, preteritorumque flagitium, quantum maximum potest, doloris sensum capiat, eodemque hoc modo effectum in Deum fidenter absolvat, cum ab eo Confessionem exprefserit, propter Deum dolere se de peccatis, & propter eum illa se in reliqua vita osurum.

Becanus Tractatū 1. cap. 1v. Quæst. 9. de bonitate & malitia humanorum actuum. Ad tertium, inquit, fateor, turis eſe cum contritione accedere ad Confessionem, ac proinde eum, qui se non eſe contritum, sed tantum atritum, consilium facturum, si conetur in se excitare contritionem.

Sanchez in Summa lib. I. cap. ix. Num. XXXIV. Non peccabit, inquit, Sacerdos, si pénitentem pro sola attritione per ipsum cognita absolvet, secundo opinionem probabilem sustinente eam sufficere ad Sacramentum pénitentia valorem, & ut gratiam conferat: hoc tamen intelligerem, nisi pénitentis in articulo mortis eſet, atque habere posse contritionem. Tunc enim mortale eſet & recipere, & ei Sacramentum pénitentia cum sola attritione cognita ministrare, propter grave damnationis periculum, cui ille expeneretur, si forte hac sententia non eſet vera, cum tamen gratia Dei adjutus possit securum contritionis remedium agere. Plurimū aliorum Theologorum ex omnibus Ordinibus testimonia refert vir Doctissimus Joannes Launois in Dissertatione de mente Concilii Tridentini circa Contritionem & Attritionem. Possem pro eadem sententia laudare S. Augustini Epist. 144. dicentem: *Inaniter putat vivitorem se eſe peccati, qui pœna timore non peccat; quia eſi foris non impletur negotiū male cupiditatis, ipſa tamen mala cupiditas inutis eſt hostis. Et quis coram Deo innocens invenitur, qui vult fieri quod veratur, si subtrahas quod timetur? ... Inimicus ergo justitia eſt, qui pœna timore non peccat: amicus autem erit, si ejus amore non peccet. Tunc enim vere timebit peccare. Nam qui gehennam metuit, non peccare metuit, sed ardere: peccare autem metuit, qui peccatum ipsum sicut gehennam odiit.*

Possem laudare & S. Chrysostomum Homilia 4. in 2. Epistolam ad Corinthus, dicentem: *Cum peccaveris ingemisci, non quod pœnas daturus sis, nihil enim hoc eſt: sed quod Dominum tuum offendere tam benignum, tam te amantem: tam denique tua salutis appensum, ut Filium quoque suum tua causa tradiderit.*

Possem laudare & S. Gregorium, seu potius antiquum alium Patrem, in cap. 15. lib. 2. Regum, dicentem: *Tria in unumque consideranda sunt veraciter pénitente, videlicet conversio mentis, confessio oris, & vindicta peccati. Nam qui corde non convertitur, quid prodest ei si peccata confiteatur? Peccatum quod diligitur, confitendo minime deteletur. Nonnulli quidem sunt qui peccata confitendo aperit, sed non convertendo nequam detestantur. Hi profecto confitendo nihil agunt, quia quod loquendo ejiciunt, amando introducunt. Unde & salubriter confiteri voluntibus Scriptura infinita dicens: Corde creditur ad justificationem, ore autem confessio fit ad salutem. Quid eſt, corde credere ad justificationem, nisi voluntatem dirigere ad fidem per dilectionem operantem? Cum ergo quis cordis intentionem*

Sententia
attritionem
Sacerdotis
sunt
Thologi
ram de Attri-
tione ferilli.

Sententia
Patrum de
Attritione
Cavilli.